

operatrix culpæ, aut delicti. Prius est ergo, ut ipsa iniquitas deleatur, excidatur radix, & feminarium peccatorum: mala tollatur radix, ne malos fructus ferat: aboleatur erroris affectus, universa iniquitatum genera tollantur. Itaque quemadmodum intrans in animam Sapientis disciplina imprudentiam tollit, & scientia ignorantiam; sic perfecta virtus iniquitatem, & remissio peccatorum delet omne peccatum.

§ CORR. ROM. a Peccatum est. In originali vulgato legitur, omne peccatum est iniquitas: iniquitas autem operatrix culpæ, aut delicti. Plus est ergo, &c. sed melior viâ est Gratiani lectio.

XXVI. IDEM AMBROSIIUS in eodem libro, c. 7. [c. an. 390. Mediolani.]

Illud verò quàm mirabile est, quòd Angelo ferienti plebem se obtulit David dicens: Grex iste, quid fecit? sua manu tua in me, & in domum patris mei. Quo facto statim dignus sacrificio iudicatus est, qui absolute exstimator indignus. Nec mirum, si tali sua oblatione pro populo, peccati sui adeptus est veniam, cum Moyses offerendo se Domino pro plebis errore, etiam plebis peccata deleverit? Texit igitur peccata sua, an non? Sed quis hoc negat, cum hic ipse docuerit Propheta, quòd remittantur iniquitates peccatorum, non imputentur à Domino? Peccatum remissum tibi esse docuit, sicut scriptum est: Delictum meum cognosco, & iniquitatem meam non operari. Dixi, pronuntiabo aduersum me iniquitatem meam Domino, & in veniisti impietatem cordis mei, dixit: pronuntiabo: & veniam merui, antequam pronuntiaret: quòd magis, ubi de se pronuntiavit, dicens: iniquitatem meam agnosco: remissum est ei omne peccatum? licet specialiter de hoc & Nathan Propheta respondit: Et Dominum transiit peccatum tuum. Ergo remissionem meruit iniquitatis, & texit charitate, acque operuit peccata sua, & texit operibus bonis: nec imputandum est ei peccatum, quia non fuit in eo dolus malitiæ, sed lapsus erroris: deinde, quia non fuit improbitatis æstus, sed umbra mysterii: & tamen confessus est delictum suum, agnovit iniquitatem, vidit lavacrum, & vidit, & credidit: dilexit multum, ut nimia charitate tegere quemvis posset errorem.

1 Sent. 4. dist. 14. Quam verò illud etiam mirabile. orig. 1. Paralip. 21. Exod. 32. 2 Psal. 31. 3 Psal. 50. 4 2. Reg. 12. 5 al. denique non fuit.

GRATIAN. 25. 6. Pars. Libro 2. De quo scribit dicens

XXVII. IDEM HIERONYMUS ad eundem Rusticum. [c. an. 405. e Palestina in Galliam.]

A Chab Rex impiissimus vineam Nabuthæ cruore possedit, & cum Jezabel non tam conjugio sibi, quam crudelitate conjuncta, Helie increpatione corripitur: hæc dicit Dominus: Occidisti, & possidisti. & iterum: In loco, in quo iuxerunt canes sanguinem Nabuthæ, ibi iugentur sanguinem tuum. Et Jezabel canes comedent ante muros Jezabel. Quod cum audisset Achab, scidit vestimenta sua, & posuit sacrum super carnem suam, jejunavitque, & dormivit in cilicio. Factusque est sermo Domini ad Heliam, dicens: quoniam reuertit est Achab faciem meam, non inducam malum in diebus ejus. Unum scelus Achab, & Jezabel: tamen converso e ad penitentiam Achab, poena differitur in posteros: & Jezabel in scelere perseverans, prænti judicio condemnatur.

c Epist. ad Rusticum. d 3. Reg. 21. e conversus. orig. al. conversi. man.

XXVIII. Item JOANNES CHRYSOSTOMUS de reparatione lapsi, Epist. 5. ad Theodorum lapsum. [c. an. 380. e Syria in Ciliciam.]

Talis est, mihi crede, talis est erga homines pietas Dei: numquam spernit penitentiam, si ei sincerè & simpliciter offeratur. Etiam si ad summum quis perveniat malorum, & inde tamen velit reverti ad virtutis viam; suscipit, & libenter amplectitur: facit omnia, quatenus ad priorem revocet statum: & quod est adhuc præstantius, & eminentius, etiam non poterit quis explere omnem satisfaciendi ordinem; quantalacumque tamen, & quamlibet brevi tempore gestam non respuit penitentiam: suscipit etiam ipsam, nec patitur quamvis exigua conversionis perdere mercedem. Hoc enim mihi indicat Esaias, ubi de populo Judaorum talia quedam dicit: Propter peccatum modice conturbavi eum, & percussivi eum, & averti faciem meam ab eo: contristatus est, & ambulavit tristis; & sanavi eum, & consolatus sum eum. Evidentius autem nobis testimonium dabit etiam Rex ille impius, qui cupiditatis suæ quidem prædam uxoris nequitia qualivis: sed perturbatus ipsius sceleris immanitate pœnituit, & cilicio circumdatus facinus suum levit; atque ita erga Deum misericordiam provocavit, ut à cunctis eum abolveret peccatis. Sic enim ait Deus ad Heliam: Vidisti quomodo compunctus est Achab à facie mea? quia flevit in conspectu meo, non inducam mala in diebus ejus.

f Sent. 4. dist. 14. g Esa. 57. epist. LXX. h 3. Reg. 21.

§ CORR. ROM. Versio hæc, licet non nihil discrepet ab ea, quæ inter Latina Joannis Chrysostomi opera circumfertur, non tamen longè discrepat à verbis Græcis: extat enim hoc opusculum manuscriptum in Bibliotheca Vaticana.

XXIX. Item GREGORIUS in Homil. 10. super Ezechielem, in extremo. [c. an. 600. Roma.]

Sicut Achab Rex iniquus à Propheta reprehensus, cum contra se Divinam sententiam audisset, pertimuit, & magno mœrore deprehensus est: ita ut Propheta suo Dominus diceret: Nonne vidisti Achab humiliatum coram me? Quia igitur mei causâ humiliatus est, non inducam malum in diebus ejus. In quibus Domini verbis pensandum est, quomodo ei in Electis suis mœrore amaritudinis placeat, qui amittere timent Deum; si fic ei & Reprobis penitentia placuit, qui timebat perdere præfens seculum: ut quomodo ei grata sit spontanea afflictio, pro culpa in eis, qui placent; si hæc ad tempus placuit, & in eis, qui displicebant.

NINIVITÆ quoque, quos Dominus in Evangelio commendat, penitentiam egerunt in predicatione Jonæ, & ex misericordia Domini indulgentiam consecuti, subvertionis interitum subterfugere meruerunt. Sed qualiter post acceptam veniam Achab vixit, textus libri Regum declarat: de quo etiam scribit Ambrosius, quòd Jezabel uxor ejus, cuius inflammabat arbitrio, cor ejus convertit, & nimis sacrilegus excrebavit fecit, & hunc pœnitentiæ ejus revocavit affectum. De Ninivitis autem scribit GRATIAN. c. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

XXX. HIERONYMUS in prologo Jonæ. [c. an. 393. in Palestina.]

Sicut ait Herodotus, Ninive à Rege Medorum subversa est, regnante apud Hebræos Josia. Unde patet illam prædicante Jonæ ex penitentia meruisse veniam: sed quia postea ad vomitum rediit, ex ira Dei subversam fuisse.

XXXI. Item IDEM in prologo Natim. [c. an. 387. ibid.]

Natim Prophetam ante adventum Regis Assyriorum, qui populum Israël captivum in suam regionem transfulerat, fuisse Hebræorum traditio confirmat. Siquidem in fine hujus lectionis, prædicti Regis adventum idem Propheta annuntiare monstratur. Sed cum habitores Ninivæ, Jonæ interitum civitatis prædicante, ne Divinâ irâ denuntiatum interitum sustinerent, peccatorum, & impietatis penitentiam egissent; acceptâ Dei misericordiâ, gravius se criminibus implicaverunt. Qua de causâ memoratus Propheta Spiritu Sancto plenus iudicium Dei annuntians, ita est locutus: Dem zelans, & ulciscens Dominus est.

ITEM, quòd frequenter venia penitenti præstetur, testatur scribens contra quosdam Hæreticos, qui peccantibus post Baptismum semel tantum dicebant utilem esse penitentiam, GRATIAN. c. 7. Pars.

XXXII. AUGUSTINUS in libro de Penitentia. [fortè c. an. 428. in Africa.]

Adhuc instant perdidit, qui sapient plus, quam oporteat, non sobrii, sed excedentes mensuram. Dicunt enim, etiam si semel peccantibus post Baptismum valeat penitentia; non tamen sæpe peccantibus proderit iterata: alioqui remissio, ad peccatum esset incitatio. Dicit enim; quis non semper peccaret, si redire semper posset? Dicunt enim Dominum incitatore mali, si semper penitentibus subveniret, & etiam se placere peccata, quibus semper præstet est gratia. Errant autem: immò constat ei multum peccata displicere, qui semper præstet est ea destrueret. Si enim ea amaret; non ita semper destrueret, sed conservaret, atque, ut sua munera, foret. Semper destruit peccata, quæ invenit, ne solvatur quod creavit, ne corrumpatur quod amavit. Sumunt occasionem hypocritæ isti ex factis Domini. Quem enim cæcum bis illuminavit? quem leprosum bis mundavit? quem mortuum bis suscitavit? non Lazarum, quem dilexit, & non filium viduæ, quem miseris matri reddidit, non filium dissipatorem, legitur bis suscipisse, non filium? Abrahæ bis à Dæmonio liberat. In nulla persona intervit factum, docens, ut aiunt, non sæpe à Domino fieri remedium. Dixit mulieri: Vade, & amplius non peccare, ne deterius aliquid tibi contingat, promittens penam, non amplius veniam. Quod autem multos cæcos & diversis tempore illuminaverit, & multos debiles confortaverit, ostendit in diversis illis eadem sæpe peccata dimitit, ut quem prius sanavit leprosum, alio tempore illuminet cæcum. Ideo etiam tot sanavit fabricantes, tot languidos, tot claudos, cæcos, & aridos, ne desperet de se peccator: ideò non scribitur aliquis nisi semel sanatus, ut quisque timeat mergi peccato. Videmus adhuc quoque in Ecclesia sæpe fabricantes, sæpe languidos, sæpe passionibus captos, sæpe liberari: ut appareat toties miserantis, quòd confessio fit penitentis. Quomodo enim peccator, quòd vilis est, & ab ipso dissimilius, sæpe sanatur; & animam dignorem, & redemptam non toties liberaret? Medicum se vocat, & non famis, sed malè habentibus opportunum. Sed qualis hic Medicus, qui malum iteratum nesciret curare? Medicorum enim est centies

GRATIAN. c. 7. Pars. Luc. 7. Math. 15. Joan. 8. Qui. orig. illuminavit. salvavit. orig. jungi. orig. Mare. 2.

centies infirmum visitare, centies curare. Qui ceteris minor esset, si aliis possibilia ignoraret; memor est sui, qui dicit: Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur, & vivat. Quem enim peccatorem exclusit? Et quòd omnibus promissit indulgentiam, aliis quoque promissionibus declarat: Qui me confessus fuerit coram hominibus: id est, omnis, quantumcumque, & quotiescumque peccator, cuiuscumque ordinis, etiam si fuerit Sacerdos: confitebor, & ego eum coram patre meo. Nam, qui invocaverit nomen Domini: id est, secundum quod nominatur Dominus, id est, qui invocaverit eum ad se, servando, non contradicendo, ut forsitan sæpe fecit, [omnis] id est, quicumque sit ille peccator [salvus erit.] Omnem enim animam iste promissor saturavit bonis, etiam si fecerit in tenebris, & umbra mortis, nullam excipiens animam. Hunc Magistrum intellexerat Discipulus ille, qui Corinthios per Epistolâ suas voluit corrigere, & ipse testatur, ter in literis suis eos corripuit. Oportebat enim ut quoties videret eos cadere, toties juvaret eos resurgere. Memor enim erat illius, qui dixerat: Quorum remiseritis peccata, remittantur eis. Scimus autem & Primos patres, & in omni tempore Ecclesiam Dei semper, usque septuages septies, (quod est semper) peccata remittere. Quam potestatem sibi ab Ecclesia Dei conatur auferre. Oportet enim sic Ecclesiam credere, quæ constituit se sæpe peccare. Negant enim veritatem seducti, & qui se abique peccato audent factare. In multis enim offendimus omnes: nec infans unius diei peccator super terram esse potest. Quapropter eliminandus est ab Ecclesia iste error, qui unquam Penitentibus negat indulgentiam. Non enim inquit, quid Apollolus fecerit, qui dixit: Nihil mihi conficiam sum, sed non in hoc justificatus sum. Sciens enim & iustus peccata solere contingere, non de confirmabat abique peccato, qui se novit indissolubili vinculo charitatis Christo conjunctum. Nisi enim sciret sepe iustos ad veniam venire, quomodo dubitaret se peccare, qui se sciebat Spiritum Dei habere, & intentione mundissima ei servire? Cur enim Dominus Petri pedes lavisset, & Ecclesiam hoc idem docuisset, nisi quia (quoniam) quotidiana est offensio) oportet, ut quotidiana hic remissio? Cur docuisset orantes dicere: dimitte nobis debita nostra, nisi ipse miseris perseveraret, qui nos ab hac petitione non vult desistere?

§ CORR. ROM. a Seducti. In originali est, in se esse, & videtur indicari locus in Epistola Joannis 1. c. 1. sed ob Glossam non est mutatum.

XXXIII. Item AUGUSTINUS ad Macedonium, Epist. 54. [fortè an. 414. ibid.]

In tantum hominum iniquitas aliquando progreditur, ut etiam post actam Penitentiam, post altaris reconciliationem vel familiam, vel graviora committant. Et tamen Deus facit etiam super tales oriri Solem suum: nec minus tribuit, quam antea tribuerat, largissima munera vitæ, & salutis: & quamvis eis in Ecclesia locus humillime Penitentia non concedatur, Deus tamen numero eos patientia suæ non oblitiscitur. Ex quorum numero si quis nobis dicat: [Aut date mihi eundem iterum penitendi locum, aut desperatum me permitte, ut faciam quicquid libuerit, quantum meis opibus adjuvor, & humanis Legibus non prohiber, in scortis, omnique luxuria, damnabili quidem apud Dominum, sed apud homines profero etiam laudabili: aut, si me ab hac nequitia revocatis, dicite, utrum mihi aliquid proffit ad vitam futuram, si in ista vita illecebrosissime voluptatis blandimenta contempsero, si libidinum incitamenta frenavero; si ad castigandum corpus meum multa mihi etiam licita, & concessa subtraxero; si me penitendo vehementius, quam prius excruciavero; si miserabilibus ingemero, si flevero uberius, si vixero melius, si pauperes sustentavero largius; si charitate, quæ operit multitudinem peccatorum, flagravero ardentius: quis nostrum ita desipit, ut huic homini dicat, nihil tibi ista proderunt in posterum: vade; saltem vita hujus suavitate perfrueret? Avertat Deus tamen immanem sacrilegiæ dentemiam.]

§ CORR. ROM. b Locupletatum est duobus locis caput hoc ex originali. a Dementiam. Apud B. Augustinum sequitur, c. quantumvis, supra ead. dist.

XXXIV. ADAMANTIUS, & ISYCHIUS super Leviticum. [c. an. 217. & c. an. 550. in Egypto.]

Nec hæc bircum, qui oblatum fuerat, exustum, &c. Non peccare, solius Dei est; emendare, sapientis. Sed raro invenias, qui se corrigat. Rara confessio peccati; rara penitentia. Repugnat natura, & verecundia; quæ obnoxia est culpe omnis caro; & quilibet erubescit peccatum confiteri, dum magis presentia cogitat, quam futura. Vult

GRATIAN. 8. Pars. Luc. 7. Math. 15. Joan. 8. Qui. orig. illuminavit. salvavit. orig. jungi. orig. Mare. 2.

XXXV. Item ISYCHIUS libro 2. ad c. 10. Levitici. [fortè c. an. 550. ibid.]

Nec hæc bircum, qui oblatum fuerat, &c. Quia omne peccatum per Penitentiam deletur, & qui prædictum peccatum alterius doctrine, & blasphemie commiserunt, salvati non sunt; causam mortis eorum Legislator exponit [inter hæc hircum, qui oblatum fuerat, &c.] Quia scilicet non comederunt filii Aaron, quod pro peccato erat in loco sancto, id est, Penitentiam commisi peccati in Ecclesia peragi non fecerunt: quibus hoc præceptum est, quos Christus in Ecclesia vicarios suos constituit. Ipse enim oblationis suæ sanguinem, quæ pro nostro sanguine oblata est, in sanctum, id est, in Cælum, in conspectu patris obtulit. Debet autem comedi hoc sacrificium in loco sancto, scilicet in Ecclesia, in propitiationem peccatorum. Unde addit [quemadmodum præceptum est mihi,] id est, quemadmodum præcepti, & mandavi. Moyses enim gerit personam Christi. Exustum reperit: quia in Spiritum Sanctum peccaverat: ab intelligibili igne Spiritus Sancti oblatio pro Penitentia, ablata est. Voluntarie enim peccantibus non relinquatur hostia pro peccato. Nam, sicut vera Penitentia veniam promeretur; ita simulata Deum irrat: quia Spiritus Sanctus discipline effugit fictum. Hoc autem sancti Patres irremissibile peccatum, & blasphemiam in Spiritum Sanctum dixerunt, in sceleribus usque ad finem vitæ perseverare, de salute sui desperare, & de potentia, & misericordia Redemptoris diffidere.

XXXVI. Item JOANNES OS aurcum homil. 31. in c. 12. Epistole ad Hebræos. [fortè c. an. 404. Constantinopoli.]

Udas pœnituit, sed malè: laqueo namque se suspendit: pœnituit etiam Esau, sed malè: magis autem ille neque pœnituit. Lachrymæ quippe illæ non erant Penitentia, sed animi violentia, & indignationis interna. Quod ex ejus operibus aperitur. Et infra. Non igitur negemus, obsecro, peccata nostra: neque nos impudentia duros efficiat. Sponte nostra peccata puniamus, ne pendamus non sponte supplicia. Audivit Cain à Deo: Ubi est Abel frater tuus? & dixit: nescio: nunquam enim custos fratris mei sum ego? Vides, quomodo ex hoc peccatum reddiderit gravius? Verum non ita pater ejus audiens: Adi, ubi es? dixit: Audivi vocem tuam Domine, & timui, quoniam peccatus sum, & abscondi me. Magnum bonum est, ut quis peccata sua agnoscat, & memoriam eorum perseveranter retineat. Nullum invenitur delictorum tale remedium, sicut eorum continuata memoria.

§ CORR. ROM. c Animi violentia. Græcè est, ἀλλὰ ἰσχυρῶς, & ὁμοῦ μᾶλλον, & δεικνύει τὰ ἴσα, id est, Sed positus contumeliosus impetis & iracundia: idque ostendunt, quæ Ggg

Moyses peccati vacuum reperire animam; ut exuvias erroris deponat, & culpæ nuda sine sui pudore discedat. Sed irrationabilis impetus prævenit, & flamma celerrimi motus animam depascitur, & exurit ejus innocentiam. Præponderant enim futuris presentia, feris jucunda, & læta tristibus, & præpropere tardioribus. Velox enim iniquitas, quæ ad nocendum occasionem suggerit: lenta virtus, & cunctatrix ante judicat, quàm incipit, quid decorum, quid honestum: iniquitas omnia præcipitat. Pigra vero, & verecunda penitentia, quæ presentium pudore premitur, Solis enim intendit futuris, quorum spes fera, & tardus fructus. Interim præcurrit impudentia, & spe præsentium penitentia excluditur, & affectus ejus exurit, & aboletur. Quærit eam Lex, & non invenit; exusta est enim fervore, & fumo iniquitatis. Inde irascitur, & dicit devorandam fuisse Penitentiam in sancta Sanctorum: Sacerdotes, quasi segnes increpat. Respondet Aaron providum debere esse Sacerdotale iudicium, nec malè sanæ conscientie facile esse credendum id muneris; ne fiat novissimus error peior priore. Vane enim festivo vel otioso, vel vinum facile corruptum. Quomodo autem poterat, ubi ignis alienus erat, peccatum exuri in conspectu Domini, qui cuncta aperta sunt? quasi dicat, non placet Deo, qui in iustitiam corde inclusam tenet, & se penitentiam agere perhibet. Ignis alienus, libido, avaritia, & omnis prava cupiditas. Hic ignis exurit, non mundat. In quibus enim est, si offerant in conspectu Domini, ignis eos Cælestis absumit, sicut Nadab, & Abiu cum his, quæ pro peccato fuerant oblata. Quæ ergo mundari vult; ignem alienum removeat, & illi igni se offerat, qui culpam exurit, non hominem. Hic ignis incavit hæmorrhoidæ sanguinem profluentem; hic toccavit culpam latronis. Ignis enim consumens est: sanat enim simpliciter & pure contentes. Judas inquit: Peccavi, tradens sanguinem iustum: sed in pectore habuit ignem alienum: quo inflammante currit ad laqueum. Indignus autem remediò fuit; quia non pura mente pœnituit. Culpam verò ejus non auferunt Sacerdotes, qui dolose offert; nec in eo possunt epulari, quorum cibus est peccatorum remissio. Unde verum Sacerdos ait: Mens cibus est, ut faciam voluntatem patris: id est, ut peccatores converti, & penitentes salventur. Non est enim acceptum Deo sacrificium, nisi verum, & sincerum.

§ CORR. ROM. d In hoc & sequenti Capite afferuntur verba ipsa Glossæ ordinariæ: quamvis multa sint accepta ex Origene, Adamantio, & Ilychio.

XXXVII. Item AUGUSTINUS ad Macedonium, Epist. 54. [fortè an. 414. ibid.]

In tantum hominum iniquitas aliquando progreditur, ut etiam post actam Penitentiam, post altaris reconciliationem vel familiam, vel graviora committant. Et tamen Deus facit etiam super tales oriri Solem suum: nec minus tribuit, quam antea tribuerat, largissima munera vitæ, & salutis: & quamvis eis in Ecclesia locus humillime Penitentia non concedatur, Deus tamen numero eos patientia suæ non oblitiscitur. Ex quorum numero si quis nobis dicat: [Aut date mihi eundem iterum penitendi locum, aut desperatum me permitte, ut faciam quicquid libuerit, quantum meis opibus adjuvor, & humanis Legibus non prohiber, in scortis, omnique luxuria, damnabili quidem apud Dominum, sed apud homines profero etiam laudabili: aut, si me ab hac nequitia revocatis, dicite, utrum mihi aliquid proffit ad vitam futuram, si in ista vita illecebrosissime voluptatis blandimenta contempsero, si libidinum incitamenta frenavero; si ad castigandum corpus meum multa mihi etiam licita, & concessa subtraxero; si me penitendo vehementius, quam prius excruciavero; si miserabilibus ingemero, si flevero uberius, si vixero melius, si pauperes sustentavero largius; si charitate, quæ operit multitudinem peccatorum, flagravero ardentius: quis nostrum ita desipit, ut huic homini dicat, nihil tibi ista proderunt in posterum: vade; saltem vita hujus suavitate perfrueret? Avertat Deus tamen immanem sacrilegiæ dentemiam.]

§ CORR. ROM. e Locupletatum est duobus locis caput hoc ex originali. a Dementiam. Apud B. Augustinum sequitur, c. quantumvis, supra ead. dist.

XXXVIII. ADAMANTIUS, & ISYCHIUS super Leviticum. [c. an. 217. & c. an. 550. in Egypto.]

Nec hæc bircum, qui oblatum fuerat, exustum, &c. Quia omne peccatum per Penitentiam deletur, & qui prædictum peccatum alterius doctrine, & blasphemie commiserunt, salvati non sunt; causam mortis eorum Legislator exponit [inter hæc hircum, qui oblatum fuerat, &c.] Quia scilicet non comederunt filii Aaron, quod pro peccato erat in loco sancto, id est, Penitentiam commisi peccati in Ecclesia peragi non fecerunt: quibus hoc præceptum est, quos Christus in Ecclesia vicarios suos constituit. Ipse enim oblationis suæ sanguinem, quæ pro nostro sanguine oblata est, in sanctum, id est, in Cælum, in conspectu patris obtulit. Debet autem comedi hoc sacrificium in loco sancto, scilicet in Ecclesia, in propitiationem peccatorum. Unde addit [quemadmodum præceptum est mihi,] id est, quemadmodum præcepti, & mandavi. Moyses enim gerit personam Christi. Exustum reperit: quia in Spiritum Sanctum peccaverat: ab intelligibili igne Spiritus Sancti oblatio pro Penitentia, ablata est. Voluntarie enim peccantibus non relinquatur hostia pro peccato. Nam, sicut vera Penitentia veniam promeretur; ita simulata Deum irrat: quia Spiritus Sanctus discipline effugit fictum. Hoc autem sancti Patres irremissibile peccatum, & blasphemiam in Spiritum Sanctum dixerunt, in sceleribus usque ad finem vitæ perseverare, de salute sui desperare, & de potentia, & misericordia Redemptoris diffidere.

XXXIX. Item JOANNES OS aurcum homil. 31. in c. 12. Epistole ad Hebræos. [fortè c. an. 404. Constantinopoli.]

Udas pœnituit, sed malè: laqueo namque se suspendit: pœnituit etiam Esau, sed malè: magis autem ille neque pœnituit. Lachrymæ quippe illæ non erant Penitentia, sed animi violentia, & indignationis interna. Quod ex ejus operibus aperitur. Et infra. Non igitur negemus, obsecro, peccata nostra: neque nos impudentia duros efficiat. Sponte nostra peccata puniamus, ne pendamus non sponte supplicia. Audivit Cain à Deo: Ubi est Abel frater tuus? & dixit: nescio: nunquam enim custos fratris mei sum ego? Vides, quomodo ex hoc peccatum reddiderit gravius? Verum non ita pater ejus audiens: Adi, ubi es? dixit: Audivi vocem tuam Domine, & timui, quoniam peccatus sum, & abscondi me. Magnum bonum est, ut quis peccata sua agnoscat, & memoriam eorum perseveranter retineat. Nullum invenitur delictorum tale remedium, sicut eorum continuata memoria.

§ CORR. ROM. f Animi violentia. Græcè est, ἀλλὰ ἰσχυρῶς, & ὁμοῦ μᾶλλον, & δεικνύει τὰ ἴσα, id est, Sed positus contumeliosus impetis & iracundia: idque ostendunt, quæ Ggg